



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Prima. Domine filia mea modo defuncta est, &c.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

# DOMINICA XXIII POST PENTECOSTEN.

Loquente Iesu ad turbas, ecce unus princeps accessit, & adorabat eum  
dicens: Domine filia mea modo defuncta est.  
Matth. cap. 9.

## ARGUMENTUM.

Ostenditur quàm sit efficax oratio, ac Deo grata, & quod spem nostram  
in Deo collocare debeamus.

1. **D**Uæ personæ, videlicet unus Prin-  
ceps, & una matrona, in hodierno  
Evangelio exhibentur, quibus meri-  
tò compari debemus Ille ob mortem  
unicæ filia: dolebat, & affligebatur, hæc ob sani-  
tatem amissam, quam valde amabat, cruciabatur:  
ambæ à Salvatore succursum flagitant, ille dile-  
ctam filiam vitæ petiti restitui, hæc à morbo in-  
curabili rogat sanari. Ille ut voti fiat compos, adhi-  
bet preces: *Domine filia mea modo defuncta est, sed*  
*veni, impone manum tuam super eam, & curabitur.*  
hæc ad impetrandam sanitatem tactu vestimenti  
Christi curandam se sperat: *Si tetigero tantum*  
*sinubriam vestimenti tui, salva ero.* Potèd preces  
principis fuerunt exaudita: *Tenuit manum eius,*  
*& surrexit puella;* & fiducia matronæ non fue-  
rut irrita: *Confide filia, fides tua te salvam fecit.*  
Ille per preces, hæc per spem allequitur, quod pe-  
tit.

### PARS PRIMA.

*Domine filia mea modo defuncta est, &c.*

D. Marc.  
Eremi. de  
leg. spir.  
cap. 88.

D. P. Aug.  
in Psal.  
104.

Hinc sanctus Marcus Eremita preces, quas ad  
Deum fundimus, sic laudat dicens: *Ad parandum*  
*Dei obsequium nihil est precatione efficacius, aut po-*  
*tentius, atque ad ejusdem beneplacitum nihil est ac-*  
*tius.* Et de fiducia hoc scriptum reliquit sanctus  
Pater Augustinus: *Qui gaudet in spe, tenebit rem,*  
*qui autem spem non habet, ad rem non poterit per-*  
*venire.*

Idcirco ego ex factò primo principis discursum  
institui sumo ansam, quam sint efficaces  
preces apud Deum, ex secundo verò factò matro-  
næ, occasionem dicendi accipio, a nobis fiduciam  
in Deo collocandam esse, ut id obsecramus  
quod speramus. Ego interim confido cum ma-  
trona evangelica, quod mihi favorebit silentio, &

attentione, dum imitans principem instantissime  
hoc rogo, & incipio.

2. **A**Ntequam demonstrem quàm efficax sit  
oratio, difficultatem, quam movet Doctor  
Angelicus, & quam quilibet Professor Theolo-  
giæ mihi objicere poterit, vobis proponere libet.  
Vel Deus ab æterno decrevit independentè à  
nostra oratione illam gratiam nobis prestare  
quam petimus, vel id non decrevit, imò potius  
resolvit nostras preces non exaudire. Quid-  
quid dicatur, cum decretum divinum sit stabili-  
le, & efficax, aut obtinebimus quod petimus,  
aut non obtinebimus, & consequenter frustra  
precibus majestatem divinam pullamus. Verum  
respondeo à divina providentia non tantum  
præordinari effectus, sed & modum, ordinem,  
causas per quas debent produci. Explico: Deus  
tibi talem gratiam concedere decrevit, sed cum  
hac conditione, ut illam prius à Deo petas. Ex  
divina providentia non solum deponitur qui effectus  
sunt, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine pro-  
veniant. Unde oportet homines agere aliqua, non  
ut per suos actus divinam dispositionem immutent, nisi  
sed ut per actus suos implent quosdam effectus  
conditum ordinem dispositum à Deo. Non enim ora-  
mus ut divinam dispositionem immutemus, sed ut  
imperemus, quod Deus dispositus, per orationem  
impleatur.

impulsum, ut scilicet orando mereantur accipere, quod tu Deus ante facula donare disposuit.

Item confirmat sanctus Pontifex Gregorius: Obstinere quatuor possunt, que predestinata non fuerunt, sed ea, que sancti viri orando efficiunt, ut predestinata sunt à Deo, ut precibus obtineantur. Et quo consequitur, preces nostras non esse inanes, sed maxime necessarias. Ab eterno decreto sunt, sed hac lege, ut prius à principio hoc petere: Domine filia mea modo defuncta est, sed veni tempore manum tuam, &c.

3. Mira est proprietates cuiusdam certi lacus, qui reperitur in provincia Alesia, ut refert Solinus. Et hoc lacus scaturit fons, cuius aqua non diffunditur per terram, nec agros vicinos, aut tellurem adiacentem irrigant, sed in ipso fonte concluduntur: Incolae ergo dum volunt ut aqua effluat, atque hortos, & agros inundet, quaedam instrumenta musica pulstant quorum sonum statim aqua effluit, terminos transgreditur, & necio an dulcedine harmoniae incantata, an ut gratia sine instrumenta pulstant, terram irrigant. In regione Alesia lacus quidam est ingens, in quo fons quidam emanat semper, sed tamen hoc mirum, quod tunc, quae ex illo fonte oritur aqua, intra illius lacus terminos remanet, nec extra derivatur: Vt autem homines regionis illius rura, & hortos irrigare aqua illa valeant, instrumenta quaedam musica pulstant, quae facit lacus ille magnas aquas suas extendit, & proficit, quibus irrigare campos suos possint.

In Deo est fons omnium bonorum, quae in illo coarctantur, sed cum omne bonum sit sui ipsius diffusivum, ut illa in nos effundantur, Deus instrumenta sonora nostrorum precum, & musicam suavisimam nostrorum orationum instruit.

4. Fons omnium bonorum in Deo ipso sita est, & omne bonum continet intra seipsum, ut pelagus illud gratiarum immensum ad nos derivatur, musica maxime praestat, musica (inquam) orationis, nunquam enim dulcius auribus nostris insonat sonus, quam oratio nostris in auribus Dei, quae sit, ut bonorum omnium fons ille ad nos, & nostra profluent, nos omnibus respiciat bonis.

4. O quam multi hac musica à caelo aquas divinae gratiae impetraverunt? Judith Holoforni capite praecidit: Sicut Iudith ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio dicens: Confirma me Domine Deus Israel. Jonas liberatus est à sauribus, & à carcere: Oravit Iona in ventre piscis ad Dominum Deum suum. Ezechias evasit mortem, quam divina iustitia propter peccata

illi imitata fuerat: Convertus ad parietem oravit ad Dominum. Ties pueri, Sidrach, Misach, Abdenago à flammis fornacis Babylonicae non sunt laesi: Ecce Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis. Elias obtulit ignem à caelo, quo sacrificia cremantur: Exaudi me Domine, ut dicas populus iste, qui tuus es Domine Deus Pharaonis precibus Moysis, & Aaronis iudicavit supplicia divina impediri posse: Orate Dominum, ut auferat ranas, à me & populo meo. Ad preces Angelus à caelo descendit, atque afflicta & desolata Aegaei fontem monstravit, ut sicim Imaelis solaretur. Exaudivit DEUS vocem pueri. Surge tolle puerum, quae videns puteum aqua, abuit, & implevit utrem, deditque puero bibere. Hac suavi musica Moyses manus Deo ligavit, ne populum flagellare posset. Noli orare pro populo isto: Dimitte me ut transcurat furor meus. Rachel ex sterili facta est fecunda: Exaudivit Dominus Rachel clamorem, & aperuit vulvam eius. Rex David afflictionibus suis liberatus: Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me. Ille servus Evangelicus dum Deum placavit musica precum, se ostendit alium Terentianum, qui fidibus furores Alexandri sedavit. Rogabat eum dicens, patientiam habere me, & omnia reddidit tibi, & misertus est. Oratio fidelium obtinuit à Deo Angelum mitti, qui Petrum à carcere liberaret. Oratio autem stabat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Tandem nescio quid dicam de illo portento, quod narrat sanctus Damascenus de anima Trajani Imperatoris, quae per orationem sancti Gregorii liberata fuit ex inferno: Quis non rem adeo unquam, & usquam exauditam non mireretur, & stupescat maxime si quis Trajanus fuerit attendat: quam vis enim mores eius compositi fuerint, erit tamen ille infidelis, & idololatra, & tyrannus in Christianos, & servus adeo in eos, ut multorum martyrum necem amaram instituisse, quid mirabilius de vi & efficacia orationis iusti dici potest?

O musicam suavem, & melos gratum auribus Dei. Omnia quaecunque orantes petitis, credite quia accipietis, & erunt vobis.

5. Ex hoc antecedenti conditionato, si oraveris, potest inferri hoc consequens in fallibile obitibus. Potest ergo dici quod oratio sit contingens, sed largitio gratiarum absoluta, quia Deus simpliciter preces nostras exaudiet. Filius Dei sitibundus sedebat ad puteum Samariae, ad quem cum venisset Samaritana hauritum ab illa petit: Miser, da mihi bibere. Illa indignata, inurbane hauritum à Christo petitum denegavit: Quomodo in Iudaei

Iac. 38.  
Dan. 3.  
3. Reg. 18.  
Genes. 21.  
Exod. 32.  
Gen. 22.  
Psal. 119.  
Plusarch.  
Matth. 28.  
Agor. c. 12.  
D. Ioan.  
Damasim  
serm. pro  
mortuis.  
D. Thom.  
3. par.  
quest. 71.  
art. 5.  
Lab. tom.  
1. de orat.  
prop. 2.  
f. 66.  
D. Mare.  
c. 11.  
D. Ios. 4.

licab

*Iudas cum sis, potis à me bibere, quia sum mulier Samaritana?* Ad hanc repullam instruit Salvator: *Si scires quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses; Et daret tibi aquam vivam* Reverta hæc verba sunt valde ponderanda, & ut illa bene intelligamus, notare oportet significatum, & locum in quo ponitur hoc adverbium *forsitan*. Significatum ejus est contingens, nam significat contingentiam, quo ad locum, is illi daret juxta petisses, & significat petitionem esse contingentem, ac idem significat ac si diceretur, *si forsitan peteris*. Hic scire cupio, cur forsitan non potius adjungatur *daret*, cum Deus liberet, & juxta beneplacitum suum det? videtur ergo dicere debuisse, *si tu petisses, forsitan daret tibi*.

Audi quid Christus docere voluerit, si, inquit, forsitan petisses. Oratio tua d' forma est dubia, & contingens, nam idem addit forsitan: ut liberum arbitrium, sunt verba Toleti, hominis significaret, quod ita petit, ut possit non petere. Sed postea loquens de Deo ait, *daret tibi: ad exprimentiam promptitudinem ex parte Dei dantis remoret dubitationem*. Sed si oraveris ex necessitate totali libilitatis tibi dabo quod petis. Sic speculat doctissimus Beza: *Non enim ait forsitan daret, sed absolute inquit, daret tibi, quippe dubitari posset, an oratio futura sit, sed minime dubitandum est, quod oratio ex Deo donum impetret*.

Huic opinioni accedit Pater Labata: *Observa, non dixit Christus, Et forte dedisset tibi, sed notam illam dubitandi apposuit petitioni, Et non concessioni: tu forsitan petisses, inquit, quia nos ad eum miserimus, ut etiam necessitatibus oppressi, vix ad parvum, Et orandum Deum excusaverit Deus autem non forte sed indubitanter ait dedisset, quia certius est Deum nos exaudire, quam nos petere*.

6. Quinimò dici potest, quod jam pugnis id habeamus, quod à Deo rogamus. Nam peccatum exemplar istud redemptor præscripsit: Sic orabit, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, & statim subdit, panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Per hunc panem intelligitur omne illud, quod ad vitam est necessarium. Sed quomodo in una propositione possint subsistere hic termini panem nostrum, & da nobis, capere non possum; ille panis quem petimus cuius est: si spectet ad Deum tanquam Dominum universorum, quomodo dicimus, panem nostrum? Si sit nos, potius deberemus dicere, reddo nobis, & non, da nobis hodie. Possit aliquis respondere cum sancto Petro Chryologo, quod

7. Sacri Evangelista Joannes recenset aliud miraculum stupendum, quod Christus paravit in multiplicatione panem, dum quinque millia hominum satiavit: *Accipit panem, distribuit discipulis, Et ex his panibus quantum voluit. Tunc panes, & pisces distribuit, quot tunc desiderabant: alii legunt in singulari, quantum voluit, scilicet Christus. Hic sensus multum est a sensu, quem scribit sanctissimus Joannes Nihilominus Cardinalis Toletus esse eundem modum loquendi, ait, illud (voluit) aliqui textus habent in singulari, ut ad Christum adnotatur, qui pro sua voluntate distribuit: Hæc tamen sensum non mutant.*

Sed quomodo possit esse idem modus loquendi? Egoque voluntas humana sit idem quod voluntas divina? nequaquam secundum se, sed bene in ordine ad petendum, vel concedendum, quia sic suo modo tantum Christus volebat dare, quantum illi accipere. Vel juxta interpretatum patris Didaci Celæ: *Tantum ipsi volebant accipere, quantum ipse Christus voluit suum petere*. Ergo si petamus ut Deus det nobis suum panem, possumus dicere panem nostrum, ac si illum jam accepimus, dum inuitu nostre orationis est promptissimus ad dandum quod volumus, imò plus, & prius quam postulamus.

8. In aspero ligno crucis pendeat bonus latro spirans, & petens in misericordia divina, vultu pallido, & quasi exanimis hoc à Salvatore petit: *Memento mei Domine, dum venis in regnum tuum*. Clementissimus Salvator itam illi respondit, *hodie mecum eris in paradiso*. Hic substantia, & circumstantia iam petitam debet. Hic solum petit, ut sui recordetur, memoret, in substantiam facti. Sed quando? dum venis in regnum tuum, quod fieri debet post plures dies à resurrectione: hæc est circumstantia.

*Jam*

*Chryso.*  
*Joan. 6.*  
*13.*  
*14.*  
*15.*  
*16.*  
*17.*  
*18.*  
*19.*  
*20.*  
*21.*  
*22.*  
*23.*  
*24.*  
*25.*  
*26.*  
*27.*  
*28.*  
*29.*  
*30.*  
*31.*  
*32.*  
*33.*  
*34.*  
*35.*  
*36.*  
*37.*  
*38.*  
*39.*  
*40.*  
*41.*  
*42.*  
*43.*  
*44.*  
*45.*  
*46.*  
*47.*  
*48.*  
*49.*  
*50.*  
*51.*  
*52.*  
*53.*  
*54.*  
*55.*  
*56.*  
*57.*  
*58.*  
*59.*  
*60.*  
*61.*  
*62.*  
*63.*  
*64.*  
*65.*  
*66.*  
*67.*  
*68.*  
*69.*  
*70.*  
*71.*  
*72.*  
*73.*  
*74.*  
*75.*  
*76.*  
*77.*  
*78.*  
*79.*  
*80.*  
*81.*  
*82.*  
*83.*  
*84.*  
*85.*  
*86.*  
*87.*  
*88.*  
*89.*  
*90.*  
*91.*  
*92.*  
*93.*  
*94.*  
*95.*  
*96.*  
*97.*  
*98.*  
*99.*  
*100.*


Tolet. in c. 4. l. 3. 42

Did. Beza lib. 6. c. 3. §. 18.

Franc. Labata tom. 3. verb. oratio prop. 21. col. 2. fol. 999.

D. Aug. lib. 1. locum in Gen. c. 39. D. Basil. in reg. Brevis. ter. 2. 5. 3. Maldon. ibidem.

D. Petrus



tem ergo habemus quid petierit latro, & quo contentari se significavit, si illud obtineret. Sed Elias Dei dum preveniendo tempus praefixum a latrone: Cum veneris in regnum tuum, paradyum, sine comparatione excedentem recordationem quam peccabat, illi confert, magnitudine domi sperat eius petitionem. Hodie memoretis in paradyso: Ac si diceret, tu parum petisti, & de futuro, sed ego multum dono, & de praesenti. Sic sanctus Pater Ambrosius: Dicamus illud admodum in remunerando praeventi nostram precationem: Audi illum ex duobus latronem dicentem, memora mei Domine, dum veneris in regnum tuum, respondit Dominus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyso; ille adhuc rogabat ut mitti esset sui, cum venisset in regnum suum; Christus Dominus cum nondum venisset in regnum caeleste, iam intrinsecus, quam velox misericordia! caritatis notum precantis quam remaneat ante est praemium.

Er meus sanctus Pater Augustinus: quod dicitur misericordia: hoc est latro misericordiam suam & indignitatem considerans, distulit gloriam postulare, sed in misericordiam Salvatoris, humilitatem precantis attendens obtulit statim quod post longa tempora accipere multum erat illi.

De constanti aeternitate nostras preces, ut maxima beneficia nostrae salutis & redemptionis eorum intuitu exequi voluerit. Inter haec maxime eminenti in carnis & mors. Beata virgo dum ab Archangelo Gabriele percepit mysterium incarnationis, ecce concipies in utero, & paries filium, statim actu profundissimo humiliatae se subiecit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum. Et quamvis per haec verba iuxta divinum Iesum, Damascenum, Venerabilem Basilium, Deo praesertim consentum, tamen iuxta etiam Ambrosium, & Maldonatum rogavit, ut precium suam naturam humanam assumere vellet, nec amplius moras trahere, & hinc statim illud obtulit. Et verbum caro factum est. Secunda ergo persona potius intuitu precum Mariae, quas precedere voluit, quam alterius virtutis beneficium tam ratum hominibus praestare voluit.

Audite sanctum Ambrosium: Ecce ancilla Domini, ut per me secundum verbum tuum. Habes obsequium, vides votum. Ecce enim ancilla Domini, appropinquas, ostendit est. Fiat mihi secundum verbum tuum, conceptus est voti.

Pro. Praeterea morti preces praemitti voluit, Quot non mediis, & falsis inventionibus Hebraei inducere Pilatum tentarunt, ut eum morti adjuicaret? Tolle, tolle, crucifige eum, sed ille sen-

teatiam injustam ferre noluit, imo persuadere conatus est, Salvatorem esse sanctum & innocentem; Sed enim mali fecit non invento causam. D. Matt. in hoc homine. Allegabant, quod se faceret regem Judaeorum, quod blasphemaret se filium Dei iactando, quod populum subverteret. Sed haec omnia Pilatum sceleris non potuerunt. Innocens D. Matt. ego sum & sanguine iusti huius. Demum confugerunt ad preces: At illi instabant vocibus magis. Luc. e. 23. Gulantur in crucifigetur: Haec verba teste Beda, obsecratoria fuerunt. Quia vero totam accusationem quam adversus Dominum detulerunt sollicita Pilati interrogatione videbant evacuata, tandem ad solas preces convertunt.

Et statim sanctus Lucas subdit: Pilatus adju-dicavit fieri petitionem eorum. Permissit itaque Christus non ut eorum accusationes, sed preces essent in petitoribus, quo facto demonstrare voluit, tantum beneficium vi precum fuisse concedendum, et non causa mala, scilicet odio & perfidia Phariseorum processissent. Quidam modernus clave suae doctrinae haec tenus dicta refert. Vides precationis (etiam non bonae) ministerio, Christum Deum, qui vitam inchoavit oratione, etiam ab oratione finire. Vt qui vitam quodammodo orationi debeat, debeat et mortem, ne quid sit in Christo, quod ab omni oratione non sit.

10. Uterius videtur, quod non velit nec possit nostras preces repellere. Dum Elias degeret in deserto, quotidie corvum misit, qui illi vitum adferret. Attamen quadam die Eliam Deus vocavit, eique sic praecipit. Vade in Sarepta Sidoniorum, praecipi mulieri vidua ut pascat te. Sed cur Deus vult ab eo hoc iter peragi, an forsitan deest illi panis? an forsitan corvus est mortuus? hinc meus beatus Thomas Valentini Archiepiscopus Eliam admirantem haec novitat & sic loqui introducit: O Domine satis opulente pascor à corvis, vira ministerio non indigeo, ut quid in Sarepta ibo? Er respondet idem beatus, Deum ad preces Eliae prohibuisse rori, & aquis ne terram irrigarent. Prout Dominus Deus Israel in cuius conspectu esto, si erit annis his ros, & pluvia nisi iuxta oris mei verba.

Nihilominus Deus videns campos aridos, & infructuosos, & videns homines ex aquae defectu perire, pluviam mandasset, nisi Elias contrarium petisset. Quid agam dicit Deus, pluviam si prohibuero, terra praesecitate erit sterilis, si pluvias misero, contraibo precibus mei servi. Quid factu opus, Elias exeat ex deserto, & pergat in Sarepta, in hoc itinere videbit campos

Didacus Monteladun in Iudith. e. 9. v. 17. s. 37.

3. Reg. cap.

D. Thom. à Villa. Nova. ser. 1. Dom. 1. Quada.

11



aridos & languentes, terram ubique incultam, homines desolatos ob aquarum penuriam, sic spero quod movebitur ad compassionem & pluviam permittet. Sed Domine, an non es Dominus omnium? Si vides necessitatem esse maximam, cur quaeris tot Ambages? An forsitan tua voluntas subditur Prophetae? Ah inquit Deus ego aquas darem, sed preces Eliae me impediunt, illas repellere nequeo, nec aliam causam dare possum. Sic dicitur beatus *Ovisera pietatis Dei mei, ut videret Propheta populi afflictionem, & miseria condoleret, miserum quo eorum interdictionem aqua tolleret, missus est in Sareptam. Noluim enim Dominus ob interdictionem aqua pluviam populo concedere, nisi ejusdem qui interdixerat beneplacito. Deus nil aliud, quam Elias rogavit facere potuit.*

Idem ibid.

Mar.

Varro.

12. Rem inverisimilem, & incredibilem narrat Marcus Varro, nempe se vidisse Nymphas Lydiae, naturaliter & ordinatè ad sonum lyrae statim ex proprio loco moveri. An tantum possit rustica lyra: Quid dicemus de precibus servorum Dei. Quod Deus sit immutabilis, est certissimum: *Ego sum Deus & non moror.* Nihilominus si posset mutari, ad solas preces mutaretur. Rebecca duos gemellos utero gerebat, & cupiens scire quid de utroque fieret, à divina maiestate hoc sibi precibus revelari postulavit: *Porrexit ut conspiceret Dominum, & ab hoc responsum accepit, quod senior scilicet Esau Jacobi junioris sit futurus servus, Major serviet minori, hoc est Jacob benedictionem, & paternam hereditatem habebit. Nunc audite quantum haec mulier diffidentiam, & incredulitatem promissis divinis praestiterit. Isaac ejus maritum charissimum morbus fatalis postmodum invasit, Hic ergò Esau benedicere, eumque heredem instituere promisit, sed primò voluit, ut exiret venatum, & postquam attulisset feras captas, se promissis executurum. Sed vix Esau domo abscesserat, & ecce Rebecca maximè affecta Jacobo vestibus primogeniti eum induit, manus pelle caprina involvit, ut cæcus Isaac eum crederet esse Esau, carnem domesticam accepit, & his stratagematibus Jacobo benedictionem obtinuit, sed tot cur altus & diligentias adhibuit, an forsitan Deum promissis non statutum putavit:*

D. Matth. cap. 3.

Gen. c. 25.

13. Magnum quid proficit Clemens Alexandrinus in favorem orationis, dum cum vocat *deum oratio dominans*, & Tertullianus dixit *omnipotens oratio, cum sit una, omnia potest.* Dicere voluit, quod esto omnipotentia conveniat tantum Deo, per essentiam, tamen illam communicare voluit oranti, ut Deum inducat in omne illud quod vult. Sponsam quæ serventissimè orabat: *Quis mihi det se fratrem meum fugentem ultra maria mea, ut inveniam te fatis, & descalcat te?* Sponsa caelestis promptissimè è paradiso descendit, ut eum in terra quaereret, & pro eo, quod ipsi concederet gratiam, quam postulabat, respondit: *Præ me ut signaculum super brachium tuum, ut signaculum super cor tuum.* Philo Carpateus sic legit, *signaculum super cor tuum.* Philo Carpateus sic legit, *signaculum super cor tuum.* Cur sponsa (per quam intelligitur anima iusta) cor & brachium sigillo Dei insigniatur? Quis nescit, sigillum esse symbolum auctoritatis, domini & potentiae? Hinc eodem Afluens dedit Aman suum sigillum, ei concessit suam auctoritatem *de populo fac quod tibi placet.* Simile quid praestitit Pharaon Josepho. *Ecce constituis te super universam terram, & dedit auranam in manu sua.* Nunquam litteræ sunt efficaces nisi muniantur sigillo principis. Sigillum ergò potentiam, & jurisdictionem denotat: sed cum vult illud imprimi cordi & brachio: Respondit sanctus Gregorius: *In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes, ergò volebat sponsa animam roganti dicere: Quidquid desideraveris corde, & quidquid volueris operari manibus, fiet, & si forsitan desideraveris manu tentare operum, quæ excedunt humanam possibilitatem, sigillum meae omnipotentiae uti poteris. Quid ultra concedere possum? mea Deitas me facit omnipotentem per essentiam, preces tuae me movent, ut illi illam participem, hinc fac quod vis, poteris mihi*

D. Luce. c.

21. Lab. t.

3. verbo.

oratio.

prop. 6.

sed quomodo, cum ejus promissiones sint infallibiles, nam caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt? & ut alius interpretatur, *Dei verba sunt, verba regis, si caelum suum incorruptibilitate & terra sua soliditate cum certitudine, & firmitate verbi Dei certare vellet, prius caelum,*

mandare: si vis aperire cœlum, claudere, imperare naturæ, mutare tempus, solium dillere, movere terram, facere ignem frigidum, nivem calidam, domare feras, morbos pellere, mortem fugare, demones terrere, Angelos a servitio tuo habere, si vis ut omnia difflantur, & renoventur; fiat novus mundus de novum cœlum, corde desiderare potes, & manu operari: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, id est ut memorem meum signaculum accipe, penes te sit annulus patenti mea in corde, & in genere. Quicquid vis de cogitabis, quicquid volēs, sigillo meo imprime, visus, constitutus, fiet omnino, & ubicunque manus eduxerit, tibi omnipotentia mea præsto sit.* Sic Bernardus.

Idem dicit Divus Chrysostomus. *Hec omnes heretici non minus opus habent, quam arbores apparatus haurire. Neque enim valent illa fructus producere, nisi bibant humorem radicibus; neque præstola putatis fructibus poterimus esse gravari, nisi præcibus irrigemur.*

Joaquim, & Anna erant terra sterilis, & precibus impetrarunt fecunditatem, & mundo plantam produxerunt, de qua natus est fructus cœlestis, de quo fuit dictum. *Benedictus fructus ventris tui. Sic sanctus Germanus. Precibus horum compositus dedit sterili sobolem, quam ad Deum fusa profertur in vitam.*

14. In oratione nostram fiduciam collocare debemus ait sanctus Bernardus, nam virtute ejus, vel concedet nobis quod petimus, vel quod est utilitas. *Nemo vestrum fratres parvipendat orationem suam, duo enim vobis, quia ille ad quem oramus non parvipendet eam, priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse jubet eam scribi in libro suo, & indubitanter animam & duobus possimus sperare, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nocere non potest. Oratio tamen infructuosa non erit.*

Et de sequentibus nos reddit certos Laurentius Justinianus: *Magna profus est orationis virtus & cœli confectus oblati per Angelos. hæc placat Deum, lætificat Angelos, refert sanctos, penetrat cœli, terret Demones, adversarios superat, immutat homines, vires reparat, roborat mentem, cor illamomat, prosequam Deo animam reddit, devotum parvi, & precantem complet dulcedine postulata reportat.*

15. Novane sanctus Pharao Episcopus vi orationis traxit navem ad litus, quam homines trahere non poterant? an non sanctus Gregorius Thamarum montem alio transtulit? an non

Josue per preces ordinem naturæ invertit; nara Sol quem Poeta dixerunt oculum cæli, in autem migravit, & audivit jussa Josue, ac illa statim executioni mandavit: *Sol contra Gabaa non movearis.* Hinc Poeta.

*Mundi oculus sol est. Oculum vidisse vetustum est. Abs, audisse oculum bellica jussa, novum.*

Scit Deus preces nostras tanti apud se valere, ut dum videt nos velle petere gratiam cujus sumus incapaces, vel indigni, impedit ne oremus, ac si diceret: si homini tempus indulgere orandi, cogat ejus annuere votis. Hinc dixit Jeremias, tu noli orare pro populo hoc, & non obstitit mihi, quia non exaudiam te. Sed Domine quid tua interit, si ve oret live non: tuum est vel ejus preces admittere, vel repellere. Audite quid respondeat sanctus Hieronymus. *Ne videatur Propheeta regans non impetrare quod postulat, præcipit Dominus, ne oret pro populo peccatore. & nullam poenitentiam agente.*

Vel ut scribit doctissimus Labata; *Tam potens est efficax est oratio apud Deum, & tam illibenter Deus preces repellit, ut impediatur illas si repellenda orat prop.*

16. Fateor vos replicare posse quod sæpe oraveritis, & tamen non fueritis auditi. Audite Palladium Episcopum hujus causam dantem *Orationes spirituales, qua non habent vitam honestam, Episc. in & temperantem, sunt spica qua vento intereunt; huj Lau- qua habent quandam spicarum formam, sed ab eis sita de vi- creptum est alimentum. Secundo possum dicere cum Divo Gregorio, quod tepor, & distractio vestra hujus causæ sint. Ideo monet: Quando stamus ad orationem, claudatur contra adversarium peccus. & patens solum Deo, obrepit enim frequenter, & penetrat subtiliter fallens Diabolus preces nostras ne Deo avocet, & aliud habemus in corde, & aliud nica in voce.*

Et Smaragdus Abbas dicit, *cordis est non labiorum, neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit: quod si cor tacite oret, & vox silens, quam vis homines latent, Deum latere non potest: Melius est cum silentio orare corde sine vocis sono, quam solum verbis sine intenu mentis.*

Hinc sanctus Pater Augustinus ait, *Deum si nos non exaudiat, id fieri pro nostro bono: Deus bonus si det quod vis, quid si male vis: non erit tibi non dando melioris magis quid enim petebas? forte mortem inimici? tristis es, quia non es exauditus contra illum: gaude quia non es exauditus contra te.*

*Iosef 10. 10. Eff. A. str. d. f. 139. Eleg. 23. in fin*

*Jerem. c. 7.*

*D. Hieron. in cap. 7. Jerem.*

*Lab. t. 3. verbo. orat prop.*

*lib. 8. tit. de*

*Step. Lap. D. Cyr. de oratio- ne. Monach. cap. 10.*

*D. P. Aug. in psal. 8.*

*cap. 10.*

*cap. 10.*

*cap. 10.*

*cap. 10.*

*cap. 10.*

Princeps Evangelicus qui rogavit Christum ut filiam vitæ restitueret: *Domine filia mea, &c. Et auditus est pro suo bono: Tenet manum eius, & surrexit puella. Sed ut habeamus tempus discutendi de fiducia foeminae quiesco.*

ALTERA PARS.

17. *Si tetigero; &c.* Nullus est fidelior socius hominis in periculoso itinere hujus vitæ infelicis quam spes, illa nos excitat ad negotia ardua, & difficilia. Sic sanctus Zeno. *Prima omnium spes nobis proponenda est futurorum, sine qua nec presentia quidem ipsa stare posse perspicimus. Tolle spem, sorpet humanitas tota, tolle spem, artes, virtutesque universa cessabunt; tolle spem, & interempta sunt omnia.*

*D. Zeno. ferm. de spe, & f. 28.*

Qui agitur à ventis, & jactatur à procellis periculosis fluctuum maris, adhuc innoxius anchora spei ad portum pervenire sperat. Alius detrusus est in obscurum carcerem vinculis, & compedibus cinctus, & seip per solam mortem inde liberari posse, nihilominus adhuc consolatione perfunditur, & revidere sperat amicam lucem, & ad lares paternos redire. Natus es pauper, vel ad incitas redactus, ab amicis desertus, necessitate pressus, miseris afflictus, fame molestatus, ærumnis confectus, panis spei, quo speras fortunam, vel statum mutandum, te alit, & sustentat. Infirmus desperatus à medicis, à patria vitæ pulsus, & jurisdictioni mortis destinatus, ita ut jam animam agat, esto videat de se esse actum, tamen velut alter Antheus victoriam à febris reportare sperat. & spiritum ferme exanimem ex labiis extremis retrotrahens dicere videtur, dum spiro spero; hinc Poëta quidam cecinit.

*Gabriel. Tuernia delit Ital. p. f. 939.*

*Bona universa Jupiter coegerat  
In dolum; idque sane opertum sedulo,  
Mortali amico deinde commendaverat.  
Is gestiens quid intus esset visere,  
Cum operculum amorisset, in calum illico  
Cuncta evolarunt; spes modo hæsit in labro.  
Hinc in bonorum sola defictu omnium,  
Mortalibus, spes alma nunquam deficit.*

18. Foemina hodierni Evangelii morbo laborabat incutabili, & dum nulla sufficienter remedia, ad spem confugit, si tetigero tantum simbriam vestimenti ejus, salva ero, nec ejus fiducia fuerunt in te quia dixit ei filius Dei: *Confide filia fides tua te salvam fecit.*

*Si tetigero saram simbriam vestimenti ejus, ac filius Dei dixit ei cum rege David: Misit autem ad eum. Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. Sic explicat Bellarminus: Id est videtur alia quædam bonum sit nihil certe bonum est, unde & jactantur, nec honorificum adhasere Deo; quæ quædam ad eum non amplexum in hoc vita non datur bonum multo magis, & est ponere in Domino Deo spem meam, id est, magis per spem, & in seip per se ad has simbriam quædam. Et sanctus Bernardus docuit, non nisi in auxilio Dei esse sperandum. Sperant in alio alii sperare in scientia litterarum, hic in astituta seculi, ille in nobilitate, ille in dignitate, ille in alia quælibet dignitate consistant, propter se Domine detrimenta omnia sperant. Et arbitror ut speret, quoniam tu es Dominus, spes mea. Speret qui vult in incerto divitiarum, ego vult nec ipsa quidem vultis necessaria nisi à te spero.*

19. Fiducia, quæ collocatur in Deo, nunquam sine vana, esto videatur impossibile, quod possint reduci ad effectum, postquam Abraham pervenisset ad radicem montis Moris in quo Ilium Isaac sacrificare decrevit, sic locutus est ad servos: *Manete hic cum asinis, ego & puer meus adoraverimus, revertemur ad vos. Sed quoniam vobis poterat redire Isaac, si debebat immolari? quid Abraham fingit dicit verba famulis, quæ modo cum puero revertetur, si puerum sacrificaturus esset, sic responderet Abraham scio quid agam. Spero id quod non immolabitur Isaac, quia Deus de sacrificio providebit, vel ad minus quod immolatus reddidit ad vitam. Tantam fiduciam collocavit in Deo. Hinc absoluit dico, Revertemur ad vos. Non fingo inquit Abraham, sed per vos fundamini in Dei promissis, omnino ac infallibiliter cum puero revertetur in spe contra spem, arbitror, quia & à mortuis suscitare potens est Deus.*

Et ita contingit, nam Angelus gladium detulit. Non extendas manum tuam super puerum. 20. E contra in aliis sperare est periculoso officium. Exercitus Israelis castra movit & reges Philistarum, tim panæ sonant ad animandos pedites, tubæ reboant ad excitandos equites, & acci infirmitur, vexilla explicantur, ventus ad pavilium, & certamen, Isaacite caduntur, & non datur in fugam, & plures occiduntur. Tota & virtus Israel, & castra sunt in illo certamine passim per agros quatuor milia. Exitum hujus pugne immo, & potius expulsum vitam, quam crediturum Israelitas eadi, eum haberent militem copiosum, & duces generosos. Nunc video quod vultus est eventus belli. Deus immortalis, & unde tanta hujus exercitus? audite scripturam, & certamen.

*et certamen*